tet qꝛ si hoc fecerit nō solū deus sꝫ
etiā hoīes possunt intelligere illū
nōn ꝓ infirmitate nō posse sed ꝓ
gula ieiunare nō velle. sufficit illi
ꝙ ipse ieiunare nō ꝑualet ⁊ magis
cum gemitu ⁊ suspirio ⁊ animi do
lore manducet ꝓ eo ꝙ alijs ieiunā
tibus ille abstinere nō potest. Qō
opus est vnicuiqꝫ infirmo secretiꝯ
aut sibi soli aut cum alio similiter
infirmo faciat preparari. qꝛ nō opor
tet vt aliquē sanum roget ad pran
dium ne sibi etiā de alterius gula
augeat peccatū ꝓ eo tñ ꝙ nō pt ie-
iunare ampliꝯ debet erogare pau
peribꝯ vt pctā q̄ non pt ieiunando
curare possit in elomosinis dando
redimere Ex hijs capiāt hōspites
ac q̇libet alij hn̄tes multā familiā
doctrinā. vt cū in diebus ieiuna-
bilibus est scd̄o mensa ad refecti
onē preparanda vt secretius ꝑgent
vitando quoad poterūt scandalū
sic faciendo cū preuia admonitōe
caritatiua ac inductōe ad paren-
dū mandatis ecclesie de ieiunādo
vt secreta prepatiōe dantes bis re
fectionē die ieiunij caueant scan-
dalum actiuū qd̄ potest esse spēale
peccatū qꝛ scādalū est dictū vel fa
ctum minꝯ rectū prebens occasio-
nem ruine. ad hoc aūt ꝙ scandalū
actiuū sit spēale peccatū. ⁊ ꝑ se ꝭm
Tho. scd̄a scd̄e. q. 43. ar. 3. req̇ri-
tur ꝙ aliq̇s suo inordinato dicto
vel facto intēdat aliū trahere ad
pctm̄ qd̄ p̄ressfamilias supradicto
mō bis prepantes diebꝯ ieiunioꝝ
non faciunt nec eoꝝ factū est inor
dinatū quare nō est scandalū po-
terūt tñ interdū hōspites die pre-
cepti ieiunij scandalū actiuū com
mittere ⁊ mortaliter peccare cū de
sero scd̄o tegunt mensam hospiti-
bus dicendo. volentes comedere
locent se ad mensam intendentes
prouocare ad frangendū ieiuniū
ob suum lucrum vel dantes ea ꝓ
collatōne quoꝝ esu frangitur ieiu
nium. dicendo bonos assatos pi-
sces aut gelatiuā si placeret appor
tarem cū intentiōe alliciendi ad ie
iunij fractionē. Passiuū aūt scā
dalū potest esse sine peccato eiꝯ ex
cuiꝯ facto aliquis scandalizatur
sicut cum aliquis scandalizaṫ de
hijs que alius benefacit. sic potest
ꝯtingere aliquē passiue scandali-
zari ex bina cōmestione diebus ie
iunioꝝ iudicando ipsum mortali
ter peccare preter necessitatē scd̄o
comedendo. debet tamē non ieiu-
nās ( statuto ad ieiunandū quan
tum poterit ob proximi caritatem
ex qua vnusquisqꝫ tenetur saluti
ꝓximi ꝓuidere. ) cautius ac secre
tius sue infirmitati comedendo
succurrere omittēdo interdum in
publico binam comestionem que
posset ei licere cum non expediat.
Ex hijs satisfactū arbitror supra
dicte questioni. etiā ꝭm verū intel
lectum doctoris Johānis gerson
dicentis in regulis suis moralibꝫ
capitulo de gula. ieiunijs ecclesie
vel alteri abstinentie nemo cū no-
tabili et precognito grauamie sui
corporis et vsus rationis obliga-
tur secluso scandalo. nemo tamen
leuiter sibi fingat grauamina ex



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-714/0109
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG